

De predicamento substantie

de quo sunt demonstrates in scia. ut corpus mobile vel ens mobile in scia naturali de obiectu; subiectum vel materia scie naturalis. Non materia ex qua sit, quod cum sit forma simplex non habet materiam partem sui. Nec materia in qua, quod naturalis scia non est in corpe mobili sicut in subiecto immo in intellectu. sed est materia circa quam ipsa scia negotiatur et inquit conclusiones et demonstrata. Ita prae dicta materia circa quam est obiectum cuiuslibet potest et subiectum cuiuslibet sci entie. Si autem quereretur an talis materia sit substantia: respondendum est iuxta conditorem obiecti vel subiecti. quod si obiectum potest vel subiectum scie sit accessus. sicut quantitas est obiectum visus; et subiectum in metaphysica non erit substantia sed accessus. Si autem obiectum potest vel subiectum scie pertineat ad substantiam: erit subiecta. sicut per se corpe mobili quod potest esse et obiectum potentie visus et subiectum naturalis phis. Quia pro materia huius ratione subiecti: quod modis de materia tot modis dicitur subiectum. sic tamen per respectum forme: veruetiam respectu potest non sic proprie dicitur subiectum sicut obiectum.

Quot modis dicitur forma.
Capit. XL.

Qvantus ad secundum de forma
q Sciendu per forme nomine de
multiplici. sic per multis modis
de quibus non est subiecta sed accessus. et de
hoc patet ista quoniam agere de quarta
specie qualitatibus. sed forma est de subiectis
ipsa est per se posse predicationem vel aia ronalis
Et talis est subiecta in genere subiecte. sicut
per se reductionem. Et hec forma est in
gradu quadruplici. quod quedam forme
subiectales sunt quod soli dant esse. ut for
ma oim in animalium: ut forma lapi
dis et homini. Quedam sunt quod dant esse

et vivere. ut forme vegetabilium sicut
plantarum. Quedam sunt quod dant esse: vi
vare et sentire: ut forme animalium et di
cunt aie sensitiue. Quedam autem que
dant esse. vivere. sentire. et intelligere:
ut aie hominum que rationales dicuntur
et quanto dant esse nobiliorum ratiom
nobiliores. propter quod aia ronalis in
ter oes obtinet summum gradum. Sic
igit habemus de subiecta materia. et de
subiecta forma: que sunt due partes et duo
extrema respectu substantiae composite
quoniam et de quibus dicuntur

Propositum dividitur in sub
stantiam primam et secundam. et quod est
prima et quid secunda Cap. XL.

Qvantus autem ad tertium de sub
stantia quod est composite. Scien
tia de omni eo quod est directe in gene
re subiecte. Et id dicit Boetius super pro
dicamenta: quia de tali subiecta agit ibi
propositus. quod relicit extremis de medio
agit auctor. Non autem intelligo quod sub
stantia (quod est genus) regnat propositio
ne forme et materie. sed sufficit quod sic
ibi propositio alicuius per modum for
me. et alicuius per modum materie. Hec
autem propositio est per actum et potentiam
esse et essentiam. Que quod omne suppo
situm creatum subsistens: ideo est in genere
substantie. Sed quod deus omni modo ca
ret propositio. ideo nullius genus nec
specie nec alterius limitibus continetur.
Hec autem substantia quod est composite de
duplo. ut per se in se, predicamentoque. Est
enim quedam que de se sunt. et alia secunda
Prima subiecta de quibus vel quod dicuntur
et quodlibet individuum subsistens in ge
nere subiecte. ut petrus. andreas. et sic
de aliis. Secunda subiecta de specie
et ratione superiori genere que de in
dividualibus predicantur. ut homo. corporis. sub
stantia animalis. Quauis autem sit prima ac
ceptio prima subiecte ut contra secundas diuis

Trattatus Secundus

dicitur ista quod dicta est. tunc ut generaliter
venimus nomine substantiae prime; multi
pliciter accipit finis Alberti super pre-
dicamenta. Dicit enim substantia prima
illa substantia an quam nihil est: quod non
est in aliquo nec est ab aliquo, sed est omni-
nibus aliis rebus causa essendi, et sic so-
lus deus est substantia prima. Sed et
est substantia prima illud primus predicabile
ad quod reducuntur omnia quae sunt in
coordinatis predicamentis substantiae tam
quam ad primum predicabile illius generis,
et sic subiectus que est genus generalissi-
mum dicitur subiecta prima, et isto modo pri-
mitur ordo attendendus ut sit ordinis
inchoatio ab universalioribus et com-
munionibus, et sit descensus ad particu-
lariam substantiam quae isto ordine dicen-
tur ultime substantiae. Omnia autem pre-
dicabilia a particularibus usque ad ge-
nus generalissimum dicuntur subiecte me-
die secundum ordinem istum. Tertio modo dicitur
substantia prima illud quod primo subsi-
stere acceditibus: et quod est causa omnibus
aliis substantiis et substantiis, et tali sub-
stantia prima dicuntur particularia sub-
stantia generis subiecte, ut sortes petrum
et ceterorum. Et isto ordine est processus ab in-
fimo usque ad supremum genus genera-
lissimum ascendendo. Et quis isto or-
dine particolare potest dici prima subiecta, et
genus generalissimum ultima, et predicabili media, species et genera sub-
alterna possent dici medie substantiae
tunc omnes isto ordine vocantur secunda
substantiae, et solu' particolare dicitur sub-
stantia prima. Substantia ergo prima
modo dicitur: nec est genus: ne-
que species: neque particolare predicamenti
substantiae: neque alicuius alterius, ne
nullius generis limitibus excluditur, sed est
extra omne genus, et est deus quod est in-
finitus et immensus. Substantia autem
prima secundum modo dicitur est genus genera-
lissimum predicamenti substantiae diu-
sibile in diversas species per divisiones oppo-

sitas. Substantia autem tertio modo
dicitur est particolare substanties in genere
subiectis individuali: quod supponit omnibus
superioribus et aliis predicamentis de eo, et
quod illa quod predicantur de ea vocantur
subiecta. Et sic dividitur pars hoc vel
timus modo prima subiecta et secunda, et
tertius ergo quod est prima subiecta et secunda, et
quod modis sumatur. Quoniam autem hebreus
cerim mentionem de genere et specie, et genere
generalissimum et specie specialissimum, non tam
declarat, qui quid istis nominibus sig-
nificet, quia dicitur infra cum ageret
de sedis intentionibus suo loco.

¶ De quantum latinis nominibus
scilicet essentia, substantia, substantien-
tia, res nature. Et grecis correspondenti-
bus, scilicet usum, usus, hypostasis, physi-
sis. Unum imponuntur, quo distinguuntur,
quod significant, quomodo se habent ad inuenientem. Cap. XLIII.

¶ Secundo domum est de subiecta cuius
namque nominibus quae sunt idem cum
subiecta realitate, licet differat nomine
quoz et si aliquis contra se subiecta et accedit
domum est tunc de eis quantum ad illud in qua
prope subiecta inueniuntur. Circa hoc autem
primum videndum est quoniam hebreus non ab
inuenientem distinguuntur in grecis, et unde
veniuntur quod sumatur. Secundo diceatur de qualibet in specie. Tertio in qua inueniuntur et
in quo dentur: et quartus breuitate excludetur.

¶ Unum importat et unum distinguuntur
essentia, subiecta, substantia, res nature.

¶ Quantum ad primum sciendum, et
quoniam non solum quantum subiecta et accedit
ut prius dictum est, et aliquis specie reali nomine
inueniuntur solum subiecta. Alius duo sunt sub-
stantia et res nature quae solum conueniuntur
subiecta. Hoc autem quantum non sicut sunt la-
tina apud nos in greco habent alia quantia
et quantum non sibi correspondunt, scilicet usum
usus, hypostasis, physis, quoz
vulnus habent etiam apud nos: de quibus

De predicamento substantie

dicendum erit. Quātum ḡ ad illa q̄t
tuor latina sciēdū q̄ sic distinguunt
et sic sumunt. q̄r cēntia imponit ab
actu eēndi. suba r̄ res nature ab ac-
tu substādi. subsistētia ab actu sub-
sistēdi. Et sīm hoī ista distinguunt.
q̄r cēntia est cū⁹ actus est esse. suba
et res nature cui⁹ act⁹ est substare.
līet dīnter vt diceſ. q̄r substādo na-
ture cōi et accēntib⁹ dī suba. ḡ res
nature dī. ab actu substāndi nature
cōi solū. Subsistētia aut̄ est cui⁹ ac-
tus est substistere. esse aut̄ non deter-
minat sibi aliquē modū esēndi spe-
cialē. sed est cōe oī enti. līc p̄ p̄us cō-
uenit sube. Substare aut̄ r̄ substi-
stere dicit modū p̄uenit soli sube-
fīm duo q̄sib⁹ p̄ueniūt. scz q̄ sit ens
in se p̄pletū. r̄ quātū ad hoc p̄uenit
sibi substare. r̄ q̄ oībus alijs q̄ sunt
in ea accēntib⁹ substernat. r̄ q̄ntū ad
p̄uenit sibi substistere siue substare

¶ De essentia: r̄ De vſya.

Caplm. XLIII.

Quartū ad scđm dōm p̄mo
de essentia q̄ sumit r̄ impo-
nit ab actu eēndi. Sciēdū
q̄ essentia featur duplī. aliquī vt q̄d
est. aliquī vt q̄ est. Cū em̄ sp̄es sit ro-
ta cēntia idividui: ipa essentia fea-
tur vt q̄d. r̄ noī idividui r̄ noī spe-
ciei. Vñ dicim⁹ sortes esse quādā cēn-
tiā: r̄ hoīem esse essentiā sortis. Ali-
q̄ aut̄ eēntia featur vt q̄. vt cū dico
humanitas. est em̄ humanitas id q̄
hoī est hoī. Et sic eēntia aliquī featur
vt q̄d p̄ nomen p̄cretū. vt sortes vel
hoī. aliquī vt q̄: vt humanitas. r̄ tunc
featur p̄ abstractū. Huic aut̄ noi la-
tino r̄ndet nomē grecū q̄d dī vſya.
Et q̄ in cōpositū ex materia r̄ for-
ma eēntia rei nō est solū forma vel
materia sola. sed eēntia ip̄orat vt q̄
q̄. sī in talib⁹ dicta vſya featur vt q̄s
scz p̄positū ex v̄troḡ. r̄ sic Boetij̄ dī

in p̄dicamētis q̄ysia feat p̄positum
ex materia r̄ forma. In simplicib⁹ aut̄
dī vſya eo mō q̄ p̄petit eis essentiaz
hīe. Sicut aut̄ cēntia feat vt q̄ r̄ vt
q̄d. sic sīlī cū illud idē sit apud gre-
cos vſya q̄d apud latīnos essentia.
aliquī significat vt q̄d. aliquī vt quo

¶ De subsistētia et vſyosi.

Caplm. XLIII.

Ecūdo dōm ē de subsistētia
q̄ ab actu s̄bistēdi sumit. r̄
hec feat aliquī vt q̄. aliquī vt
q̄d subsistit. r̄ cū hoc sit suba illa in
qua p̄ p̄us inuenit forma subsistētiae
hoc at̄ sit ḡnalissimū sube. Ip̄a sub-
stātia sic accepta dī subsistētia. put
subsistit. r̄ h̄ p̄ p̄us inuenit generib⁹
et p̄ posteri⁹ idividui. līc ip̄a in/
dividua sint in q̄bus sup̄iora subſi-
stunt. q̄uis em̄ ḡna r̄ sp̄es r̄ oīa su-
p̄iora nō subsistit nisi idividui q̄p
est ec̄. tñ determinatio r̄ denoīatio
esēndi sit ex natura vel q̄ditate su-
p̄iori. Aliquī at̄ subsistētia feat q̄ al-
q̄d subsistit. r̄ cū hoc sit p̄ma forma
sube: feat ip̄am formā per quā subsi-
stētia subsistit. Huic at̄ latino noi no-
bis vſitaro in dīt in greco hoc no-
men vſyosis. q̄d in fcato habet ap̄d
nos r̄ grecos in vſu per om̄ia. sicut
subsistētia q̄ntum ad q̄d r̄ a quo

¶ De substātia r̄ hypostasi.

Caplm. XLV.

Tertio dōm est de suba cū⁹
act⁹ est sustare. Ubi sciēdū
q̄ suba a substādo dī. Du-
plī at̄ substātia aliquī alteri. Uno⁹ si-
cut subiectū accēnti. Alio⁹ sicut inse-
ri⁹ nature cōi. sic sortes hoī. Ab isto
igīc duplī actu substādi q̄ sube cō-
uenit dī suba. Aliquī ei hec suba feat
vt q̄d substātia. r̄ sic cū hec sit p̄a suba
p̄o r̄ p̄ eā om̄ia sup̄iora. sic suba feat
p̄mam subam p̄mo r̄ ex p̄nti subas
scđas. Aliquī aut̄ hec suba significat

Tractatus Secundus

ut quo substata aliqd, et sic cum materia sit rō substādi ut q̄ substātia sit accepta scat materiā. **H**uic autē latino nō rñdet apud grecos nomen hypostasis apud nos vñstatuz, et dī aliqui de eo q̄ substata. **E**t q̄ primuz pñcipiū substādi est materia. id dī cit Boetius in pñdicamētis q̄ hypostasis est materia. Aliqñ sumit pro eo qđ substata, et sic cum hec sit p̄ma subā sic hypostasis p̄mā subam significat. **E**t sic accipit hypostasim Boetii in libro de duab̄ naturis

De hoc nomine res nature.
Capitulū. XLVI.

Quarto dicenduz est de hoc nomine res nature. qđ etiam a substādo dī. **S**cindū at est q̄ quis suba dicas a substādo acciūtibz et nature cōi. sicut ab yrtoz ac- tu substādi sumit nomē suba. ita ab altero solo inqñtum sc̄z substata na- ture cōi sumit hoc nomē res natu- re. **V**ñ ho nomen res nature scat subam. put substata alicui nature cōi ut sortes hoī et nature q̄ per hoīem importat. s. humanitat. **H**uic autē noi in greco rñdet hoc nomen prag- matis phyeos. **V**ez est tñ q̄ sic no- est multū apud nos vñstatu. sed phy- sis bñ est vñstatu qđ naturā signifi- cat. **V**ñ et cōsiderantes naturā phy- sicos appellam̄. vñ eriaz a materia naturaliū in libro physicoꝝ tradita dī liber physicoꝝ. **N**ec tñ est incon- uenies q̄ etiā res nature dicas hypostasis ab altera proprietate.

In quo pueniunt et in quo differunt quattuor predicta no- mina. **C**apitulū. XLVII.

Dunc autē cludo duas con- clusiōes respicū cōuenientie et dñe noīm pñdictoꝝ. **P**rima q̄ cū aliqua res scat ut qđ: signi-

ficeat p̄ modū totius. cū scatur ut q̄ significet p̄ modū pñcis. **U**nde tria noīa pñdicta. sc̄entia. subsistētia. sub- stātia; cū aliqui significet ut q̄ tūc si, gnificat p̄ modū pñcis. cū significet aliqui ut qđ tūc scat p̄ modū totiꝝ. **E**t io dico de noībus grecis corr̄- dentibz. s. vñya q̄ rñdet essentie. vñyo- sis que rñdet subsistētia. hypostasis q̄ respōdet substātia. **V**ñ ista tria noīa dicunt aliqui scare partē. vel p̄ modū pñcis. ut vñya scat essentia. p̄ ut est forma totius. vñyosis formaz pñcis. hypostasis pñtem q̄ est materia et tunc sp̄ciant ut quo. **E**t ita vt̄ eis Boetii in li. pñdicamētoꝝ in cō- mēto. Aliqñ autē ista scat ut qđ et totū p̄ modū totius. ut hō scat sor- tis essentia p̄ modū totius et subsi- stētia et suba silr. **C**et idē dico de noī- bus corr̄dentibus in greco. s. vñya. vñyosi. et hypostasi. **E**t si habbz cōis vñs loqndi vel vt̄ēd̄ istis vocabu- lis. et ita accipit Boetii in li. de dua- bus naturis. **S**cda pñclusio est q̄ si ita accipiantur feando ut qđ est: sic vñz et idē dī essentia inquantu hz eē sine determinatōe aliq̄. Subsistētia inquantu hz tale esse determinatuz qđ in se subsistit et p̄ se. et hoc puenit indiuiduū p̄ illud qđ p̄mo cōuenit generibz et sp̄cibus. **E**t substātia ut substata acciūtibz et nature cōi siml̄ et hoc p̄ pñs cōuenit indiuiduū q̄ sup̄ioribus. **E**t res nature. put substata nature cōi p̄cise. qđ silr cōuenit inferioribz p̄ pñs q̄ sup̄ioribus.

Quid significet. qđ pueniat. p̄ prie vel silitudinarie. quo differant ab inuicē hec noīa creatio. genera- tio. gigni. cōcipi. nasci. nativitas in vtero. ex vtero. filiatio. paternitas

Ondo dōm est de noībus rerū q̄ sunt in gne substātia. **E**t pri- mo sumēde st̄ distinctōes due rerū ad genus substātiae pñveniunt. sc̄z de

De predicamento substantie

productis. et de rebus ipsis productis
Sed iuxta distinctiores res produc-
tas descendef ad nomina earum.

De tribus gradibus entium. et
quod sit creatio **Cap. XLVIII.**

Quantum ad ipsum sciendum. et
quod entium creata sunt substantia ad
genus subeminentem est tri-
plex gradus. Quedam enim hanc solu-
esse ut inaera. et ista tenet infimum
gradum. ut lapis et humus. Quedam ha-
bent et vivere et vegetabilia. sicut
plante. Quedam super hoc habent sentire
et animalia. nec in his quod hoc pono
dicitur. quod nihil faceret ad propositum.
Quedam habent esse et vivere et intel-
ligere. ut intelligibilia; sicut anima. an-
gelus. et etiam homo. Et ista tenent super
mum gradum in entibus. Sed distinctione
est quoniam ad res productas. quod du-
per considerari potest. Uno modo quantum
ad sui propriam. productio neque iam in
di creato per speciem suas. oia sunt crea-
ta. et talis productio vocatur creatio.
Unus deus. domino. In principio creauit
deus tecum. Hoc autem creatio. productio
rei nullo presupposito ex parte rei. produc-
te. Et quod tunc res sic sunt. producte et
nihil earum periret. talis productio
est creatio. Altero modo potest considerari
res create quoniam ad suam quotidiana-
et permanentem productorum respectu rerum ge-
nerabilium et corruptibilium. vel que
nouo infra speciem productas. productur
et talis res. productio iuxta diuersos
gradus tres productos diuersa sorti
noia ut patet. Nisi suppositis di-
cendum est de nobis que pertinet re-
bus de genere sube. primo quantum ad ip-
sum gradum entium. secundo quan-
tum ad secundum. tertio quantum
ad tertium.

Quid est generatio et corru-
ptio. et quibus conueniant.
Capitulum XLIX.

Quantum ad ipsum gradum en-
tiuum. et quae sunt inaera et
hanc esse solu et non vivere. di-
cendum est. quod talium entium ceteris et quidam
ana. productio vocatur generatio quod est pro-
ductio rei supposita materia ex qua
Et illa quae sic productur sunt oia genera-
bilia et corruptibilia. et sic producta
dicuntur generata. eorum autem desinatio
est corruptione. Ex quod per divisionem in ge-
nerationem et creationem. quod generatio est
productio rei ex materia ex qua. cuius tam
principium non est ars. sed natura. pro-
pter divisionem productis artificialius
Hoc creatio est. productio rei nullo pre-
supposito ex parte producti. scilicet qualitas
ad materiam ex qua. Supradicta autem est post
divisionem inter materia ex qua et in qua.

Quid est generatio et quod con-
currunt ad eam. et quod deo et creatur-
is conuenit sed diversimode. et in
divinis sola processio filii dicitur ge-
neratio. **Capitulum L.**

Quia vero de generatione ser-
vando est patet aliud. Scie-
dum est quod ad generationem quae
est necessaria occurrit. sextum autem de
quo dicitur indifferenter se habere. quod gene-
ratio per eum cum hoc et sine hoc. Cum
enim in Augustino nihil generaret seipsum.
igit ad hoc quod sit generatio est esse alius
quod generans quod est. productus. et hoc
est primus. et aliquod generatum quod est pro-
ductus. et hoc est secundum. Et quod generans
coicit suam naturam generato: est quod in
generatione semper presupponatur aliquod
non productum de quo generatum est genera-
tio. et in hoc differt generatio a creatione
quod creatione nihil presupponit. et id genera-
tio si nihil presupponeret non esset genera-
tio sed creatio. et hoc est tertium. occursit
Quia vero generatio est ab agente equo
eo et uniuoco: sicut dicit pbs. quod homo
generat hominem et sol. et generatis sic
coicere eandem naturam generatio. quia

D i

Tractatus

agens equocū nō cōicat eandē natu
rā specie. sed solū yniuocū sicut hō
Idcirco verius saluat rō gnatiōis
inyiuocis. sicut qñ hō gnat hoīem
et si esset possibile adhuc veri⁹ salua
ref rō gnatiōis; si generās sc̄z fortes
cōicaret eandē naturā non solū fīm
spēm; sed etiā fīm numerū. z h̄ est q̄r
cum p̄currēs ad gnatiōne. **Quintū**
est q̄r cōicatio eiusdē nature fiat mō
nature. **Dodus** at nature est vt ge
neratū sit ab vno generatōe effectiue
Dico aut̄ abyno. q̄r i possiblē est q̄
duo: vt petr⁹ z guillelm⁹ possint vnu
filiū nūero gnare. **Dico** at effectiue
q̄r in creaturis z potissimū in gnati
one a alii pfecto z p̄currēt duo: ma
sculus z femella. mascul⁹ solū effe
ctiue. femia aut̄ se habz solū passiue
fīm p̄m sexto de aialib. **Si** ḡ eset
possiblē in creaturis q̄ talis. pducti
onē eset a duob⁹ effectiue: non eset
mō nature. s̄ nec vocaretur gnatio
Sextū aut̄ ad gnatiōem in dīnter se
h̄ns est. q̄ gnatio p̄ esse cū trāsmuta
tōe z sine trāsmutatōe. **Cū** trāsmuta
tōe ē in creaturis z est rō. q̄r oē agēs
in gnando introducit p̄priā formā z
expellit p̄riā a materia. z h̄ nō p̄t eē
sine trāsmutatōe. tñ. pductio tal' nō
h̄z q̄ sit gnatio formalis ex hoc q̄ ē
talis trāsmutatio. alioqñ corruptio
eset gnatio z breuiter oīs motus z
mutatio. **Si** ḡ sit aliqua pductio q̄
hoc nō exigat erit sine trāsmutatōe
sicut est i diuinis. z ideo gnatio ex
sui natura nō importat motū z trās
mutatōem. sed p̄t esse cū ea vt i crea
turis: z sine ea vt i diuinis. **Unde**
ptz qd est de rōne gnatiōis: z que sit
eius definitio. q̄r nō plus importat
nisi q̄ generatōe est. pductio quā ge
nerās vel. pducens cōicat productō
eādem naturā. **Dico** aut̄ eadem: vñ
gnē vt i generatib⁹ equocis. vel ge
nere z spē vt in yniuocis. z h̄ in crea

Secūdus

turis: vel eandē gnē vel specie vñ
mero. z hoc solū in diuinis. **Ex his**
ptz q̄ hec sex p̄currēt ad generatōe
nē. **Primum** est generatōe. sc̄dm gnatū
q̄ nūlī gnat seipm. **Tertium** aliud p̄
suppositū nō pductū. z ideo gnatio
nō est creatiō. **Et** q̄r hoc est in diui
nis q̄ generatōe filij p̄supponit esse
q̄ nō est generatōe nec genita s̄ cōica
ta. ideo gnatio filij nō est creatiō.
Quartū el̄ p̄t sit cōicatio eiusdē na
ture. z vñ maior ē idētitas ibi veri
or z rō gnatiōis: z iō verior in yniuo
c̄. z p̄ dñs q̄ i diuinis eadē natura
spēz numero cōicatur filio: est ibi p̄
pr̄fissima gnatio. vñ **Ephes. i. 9.** **Ex**
q̄o oīs paternitas in celo z in ter
ra zc. **Quintū** est. q̄ sit mō naturez
vt ab vno effectiue vnu generet. **Et**
ideo pductio filij q̄ est ab vno solo
sc̄z a patre vocat generatōe in diui
nis. **Sed** q̄r pductio sp̄usanci est
a duob⁹. s. a patre z filio nō vocatur
gnatio sed p̄cessio. **Sextū** aut̄ q̄ ge
neratōe sit cū motū z trāsmutatōe
vel nō sit indifferētē se h̄ns ad eaz
ita q̄r i creaturis motū sp̄ haber et
trāsmutatōem. in diuinis aut̄ exclu
dit. **Ex** qbus oībus p̄cludit qd est
gnatio. z q̄ueniat dēcōr creaturis
et q̄ diuerlī mode. zylterius q̄ nobi
liori mō z magis p̄prie est i diuinis
q̄r i creaturis. z q̄ productō filij a
patre dē generatōe. pductio aut̄ sp̄i
ritussanci nō. sed processio

**De nominib⁹ p̄tinētib⁹ ad vi
tam z viuentia.**

Unde dēndū est de noībus p̄tinēt
ibus ad sc̄dm gradū entiū: eo z
sc̄z que h̄nt esse viuentē. **Et** q̄r nomē
vite hic p̄mo occurrit: ideo p̄mo di
cendū est de hoc noīe vñ traxit ori
gnē. qbus p̄uenit p̄prie. z qbus s̄lī
tudinarie. **Sed** oī descendēt ad dicē
dum de noībus pductiōnū. q̄b̄ ipa
viuētia pducunt. z de noībus pductiōnū

De predicamento substantie

Etioꝝ. Quātū ad p̄mū dicēda s̄t q̄t
tuor. Pr̄mū est de ip̄o noīe vite. vñ
sumptū est r̄ q̄bus queuiat. Sc̄dō
quo viuere diuidif p̄ ista q̄tuor. sc̄z
alimēto vti. sentire. moueri fm̄ lo/
cū. intelligere. Tertio quō vira diui/
dif in actuā r̄ c̄platiā theologo/
rū r̄ phoz. Quarto q̄est differēcia
inter vitā p̄emplatiā r̄ actuā

Tū habuit originē nomen
vite. q̄b̄ queuiat z̄c. **Vap. LI.**

Drantū ad p̄mū ntiendū. q̄
nomē vite ex h̄ sumptū fuis/
se videt q̄ aliquid a seipso p̄t
moueri. z̄ iō ex h̄ dicta s̄t p̄mo aliquid
vieuere. q̄r̄ visa s̄t. a semetipis moue/
ri aliquid motu. sicut plāte motu aug/
menti. r̄ alia motu locali. **E**a vero
q̄ visa s̄t nō moueri nisi ab alijs mo/
tar dicta s̄t mortua vel carēctia vita
sicut lapides r̄ ligna. r̄ inde trāssum/
ptue r̄ q̄ quandā s̄lititudinē ea quo/
rū p̄ncipiū mot⁹ in ip̄is est etiā di/
cunt viuētia q̄uis nō seipso moue/
ant. sicut aq̄ sc̄aturies ex impetu sui
motus a terra v̄ viuere. **A**que autē
immobiles vt stagnales r̄ lacualeſ
dicunt mortue. **A**d hoc facit q̄ ho/
mines r̄ alia alia q̄ multū s̄t mo/
bilis dicunt bñ viua. sicut aliq̄s q̄
non p̄t stare in uno loco v̄r̄ bñ viu⁹
ecōuerso q̄ est male mobilis r̄ tardis
motus v̄r̄ rotus mortu⁹ vel malevi/
us. **E**x hoc autē v̄lter⁹ nomē vite
tractū est ad alia r̄ attributū oib⁹
opatiōibus q̄s aliquis ex seipso exer/
cer nō ab alio mot⁹; etiā si ille opa/
tioꝝ p̄t nō s̄nt motus. sicut etiā
nomē motus ad quālibet opatiōne
solet trāſferri. sicut trāſsumptue et
large sentire r̄ intelligere dicunt mo/
tus. **E**t fm̄ hoc nō s̄lū que mouen/
tur a seip̄is vel p̄ augmētū vel loca/
lit dicunt viuere. q̄ etiā oīa q̄ a seip̄is
operūt. sentiūt. r̄ intelligūt. **H**e em̄
opatiōes vite dicūt. q̄uis em̄ in aliquo

sint plures dictaz̄ opatiōnū. ex illa
tn̄ v̄r̄ vita i aliquid q̄est opatio p̄ncipa/
lis in illo. **S**icut aialū vita v̄r̄ i sen/
tēdo q̄suis nutritant. q̄ sentire ē p̄n/
cipali⁹ in aiali. r̄ hoīm vita v̄r̄ in in/
telligēdo. q̄suis etiā sentiat. **H**oc at̄
accipiendo est nō solū fm̄ potētias
s̄ etiā habit⁹ r̄ act⁹ supadditos. p̄
ter q̄d nomē vite v̄lter⁹ est extēsum
itancū v̄r̄ vita vniuersitatis q̄b̄ hoīs dī/
cat in h̄ cōsistere in q̄ est summū ei⁹
studiū r̄ intēcio r̄ cui maiore curā i/
pendit; vt v̄r̄ p̄bus. ix. **E**thīc. **L**et sic
hoīs studiosi v̄r̄ studiū eius vita: r̄
mercatori mercari vita ei⁹. r̄ sic de
alijs. **E**x q̄b̄ p̄z vñ sumptū ē nomē
vite. r̄ ad q̄ extēsum r̄ tractū est. r̄ q̄
v̄ queuiat. q̄b̄ p̄p̄e. r̄ q̄b̄ trāſsumptie
Quo vita diuidif in vegeta/
tiā. sensitivā. motuā fm̄ locum. r̄
intellectivam. **Vaplm. LII.**

Drantū ad sc̄dm sc̄dū q̄vī
ta diuidif in q̄tuor. s. alimē/
to vti. sentire. moueri fm̄ lo/
cū. r̄ intelligere. **S**c̄dū q̄ hec q̄tu/
or qñz sumunt p̄ q̄būdā opatiōibus
q̄ s̄t opatiōes aīe dātis vita: vel ve/
getatiue: vel sensitivue: vel intellectivue
et sic viuere viuētib⁹ nō est eē h̄ oga/
ri. **A**lio⁹ sumunt ista. p̄ ipso esse viuē/
tū in q̄b̄ s̄t iste opatiōes. r̄ sic intelli/
gīf verbū p̄bi. i. de aīa: viuere in vi/
uentib⁹ est esse. **V**n̄ sic v̄r̄. ix. **E**th. q̄
eē est sentire vel intelligere. i. h̄e na/
turā ad sentiendū vel intelligēdū. **E**t
hoc mō distinguit p̄bs. i. de aīa vi/
uere p̄ illa q̄tuor. **N**ā in istis ierid/
rib⁹ s̄t ḡna viuentū q̄p̄ q̄dā h̄at na/
turā solū ad v̄r̄dū alimēto r̄ ad cō/
ueniētia alimēto vt est augmētū et
gn̄atio sic̄ in plātis r̄ in oīb⁹ vegeta/
bilib⁹. **Q**uedaz̄ vero v̄ltra hoc h̄at
naturā ad sentiēdū: vt patz in aīa
lib⁹ immobilib⁹ que non mouē/
tur motu p̄gressiuo vt ostree mari/
ne. **Q**uedā p̄o cum his v̄ltra habet̄

Tractatus

naturā ad motū sīm locū z pgressiue ut aīalia pfecta. ut qdrupedia et volatilia z hmoī. Quedā vero hnt naturā ad hec oīa z vterī ad icel/ligendū: vi hoīes. Et sic pīz qūo hec qītuoz sītī suī diuīsiō vite. salimē/ to vī qd pertinet ad vegetabilia. z sentire qd pīnet ad aīalia imficta z moueri sīm locū qd pīnet ad aīa/lia pfecta. z intelligere qd pīnet ad hoīes. Et iste opatiōes nō sunt mo/tus xpīe. sicut em nomē motus ad aliquā opatiōē solet transserri: sic trāsumptiue z large sentire z intel/ligere dīr motus. Qīqī sumunī pro/qbusdā opatiōib. z tūc sunt opa/tiōes triplices aīe. s. vegetatiue. sen/siue. z intellectiue. Qīqī pī esse vī/uentiū quoī sunt opatiōes. z tūc pī/tinēt ad qdrupler genus entiū. s. ve/ getabilū solū quāntū ad pīmū. ha/bentū solū sensum cū vegetari qn/ tum ad aīalia imficta. habētiū ve/gerari. sentire. z moueri sīm locū qn/tum ad aīalia pfecta. z intelligere qn/tum ad hoīes. Et sic patz qūo intel/ligitū illa distincō.

Qīo vita diuidit in actiūā et contēplatiūā. z qūo vītrūqī conuenit vite. Caplīm. LIII.

E pīmissis patz aliqīliter ter/riū. s. qūo vita diuidit in vi/ta actiūā z contēplatiūaz. Si em vita pī dici opatio quā aliqīs ex/seipso exerceit z in hoīe qest pīncipa/liter in eo z etiā in alijs opatiōibus illa sī que pīncipalior est dīr esse vita et cui impendit sumū studiū intē/tio z cura: nō solū sīm potentias na/turales. sed etiā sīm habitus z actus supadditos. Et cuī talis opatio in hoīe sit intelligere: restat qī sīm hāc opatiōē dicī hō viuere. z vita eiī disinguat in actiūā z contēplatiūā respectu opatiōis intellectiue. Vi

Secūdus

ta em voluptuosa non est pīncipalīs in hoīe. vī nec humana:imo bratal/bestial' z pecudū pīmo Eth. a phis appellaſ. Sed sīm i tellecītū est soluz humana vita. cuiī diuīsio respū in tellecītū sic pī accipi. Habet em in tellecītū duas opatiōes. vna que est i pīus sīm se. alia qī est i pīus sīm qī re/git vires z potentias aīe inferiores sībi obediētēs. z sīm hoc in hoīe ac/cipī duplē vita. Una qīcīstīt in opatiōe in tellecītū sīm seipm. z hec dīr vita pīmplatiūa. Alia qīcīstīt in opatiōē intellectū z rōmī sīm qī ordinat z regit z impat porcītīs aīe inferiorib. natīs sībi obediēt. z hec dīr vita actiūa. Ex quo pīz. qī cū in/tellecītū diuidit in speculatiūum z practicū nō tanqī in diuersas potē/tias. sed sicut in distincta officia pīz distinctos actus in distincta obiecta et hoīs vita dīr pīsistere in eo in quo marie delectat z cui magis intēdīt. Quidā autē maxime intēdīt pītem platōi veritatis: qd pīnet ad intellecītū speculatiū. Vita em pīplatiūa cōsīstīt in pīplatiōe summe cō/teplabilis. Et qī aliqī marime intē/dīt pī rōem practicā passionib. mo/derādis qd pīnet ad rōmī practicā. idē in his vita actiūa pīsistīt re/spectu optimi agibilis. Et ita patz sī diuidit: penes qd atēdīt vita actiūa z contēplatiūa. z qī solum cōuenit nature intellectuālī.

Quomō differt vita pītem platōia theologorum z philo/sophorum. Caplīm. LIII.

Qīantū ad quartū sciendū est (vt patuit) qī vita pīplatiūa cōsīstīt in actu potentie intellectiue. Hoc autē intelligendū est nō absolute. sed inquantum ra/lis actus est dilectū z electus pī vo/luntatē affectantē z pīligentēz tale

De predicamento substantie

actū. **C**ū autē opatio sit media inter opāncē & ipm̄ obiectū ad qd̄ tendit ipa opatio ex pte duplicit p̄ cōside rari. **T**no mō inquantū est pfectio opantis, & tale desideriuꝝ pcedit ex amore sui. **A**lioꝝ p̄ siderari talis opatio inqntū terminat ad tale ob jectū. **E**t sic p̄ cōplatois desideriuꝝ p cedit ex amore obiecti. **D**issert ḡ cō platio quā posuerunt ph̄i a p̄ tem platioē quā ponuit theologi, q̄ ph̄o rū vita cōtemplatiua, p̄ dicit ex desi derio & amore p̄ templantiū. **L**otē platiua autē vita theologorū pcedit ex amore dei p̄ templandi: vt sit ibi amor vbi oculus. **D**ath. vi. vbi est thesaur⁹ tuus ibi & cor tuuꝝ t̄c. **Joh.** xvii. **H**ec est vita eterna t̄c. **I**sta eti am p̄ exigit charitatē & nō illa pho rū. **Greg.** sup. **Ezech.** **C**ōcōplatiua vita est charitatez dei & p̄sumi tota mente retinere, ab actioē exteriori q̄ escere: ita vt iaz ml̄ agere libeat: sed calcatis curis oibus ad videndā fa ciē sui creatoris antīn⁹ inardescat

Quid est gigni. nasci. oriri. et q̄ bus conueniant.

Secundo p̄ siderādū est de noī bus. pductiōnū & pductioꝝ p̄tentiū ad scđm gradū entiū q̄ sunt viuētia. **V**bi sciendū. q̄ quis gna tisit entiū illoꝝ que minus hñt de nobilitate inter oī entia q̄ cōtinue pdicunt in esse: qz nō habet nisi esse et in hñt esse ipa viuentia q̄ ad scđm gradū entiū prīnent. **P**ueniūt cū eis et ultra hoc hñt viuere in q̄ excedūt ea. **I**deo iniatōꝝ productio nō sic sibi nomē gñatois approp̄auit quin etiā pductioꝝ iniatōꝝ cōueniat & ipo ru viuentia q̄ tenet scđm gradū en tiū. **E**t q̄ iste scđm gradus entiū ex cellit entia p̄mi grad⁹ in viuere. id circo. pductio eoꝝ p̄ter nomē gñale q̄ sibi puenit cū alijs vita carētib⁹ sibi specialia noīa approp̄auit. **A**d

qd̄ sciendū nota q̄ in aīatis & viuētibus respectu sue pductionis tria considerantur.

Triplex p̄prietas viuentiū respectu sue pductionis.

Caplī. LV.

Drimū est q̄ a p̄mo generan te aliquid descēdit. s. semē: vel aliquid loco semis qd̄ est sufficiētis ad generatōem qntū ad p̄ncipiū actiū & passiū. hoc autē est in diuersis dñster. **N**am in qbusdā sicut in platis a p̄mo generatē ministrat vñrūq; eo q̄ plate nō hñt sexū distinctū. In aliqbus vñ que habēt distinctū sexū (vt in aīalib⁹) a mare ministrat p̄ncipiū actiū. a femā autē p̄ncipiū passiū siue materia. **A**ia, lia at fīm p̄m̄ s̄k̄ in coitu sicut vñū p̄ncipiū generatā. & fīm hoc dī **Gen.** p⁹. **E**rit duo in carne vna. **S**cđm qd̄ est in pductiōe viuentiū est q̄ raliū. pductio est p̄ modū cuiusdā exitus a gnante, & hec p̄dictio seq̄tur ex p̄ma. nec hec puenit pductiōi inaīatoꝝ. **T**ertiū est qd̄ seq̄tur ex premis sis duob⁹. s. q̄ generatū vel pductū extens a generatē in pncipio gnatio nis adheret ei & in eo est p̄ tractum vel colligatōem vt dicit phs. v. me tapl. vt p̄ in fructib⁹ q̄ colligant & adherer̄ arbori. & in embrionib⁹ qui adherer̄ matrici fīm contactū.

Quid sit gigni. nasci. oriri. quō differunt & qbus p̄prie conueniunt

This fīm has tres p̄dictiōes q̄bz. pductio viuentiū & aiatoꝝ. **R**u hec tria vocabula distinguuntur sic q̄ respectū cuiuslib⁹ p̄prietatis erit vñū. **S**cđm em̄ q̄ p̄pria sufficientia siue gnatio nis ministrat a generatē dī res gigni vñ genita esse. **S**cđm autē q̄ pducit p̄ modū exitus dī oriri vñ ora esse. **S**cđm autē q̄ pducit vt cōiunctū generatī dī nasci vel natū eē

D 11

Tractatus Secundus

